



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXVII. Vtrùm possit Papa vel Concilium in praecepto Confessionis dispensare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

esse negligentia, illis initiari sine Confessione: At non requiri Confessionem, patet etiam, quia Ecclesia hoc non determinauit, nec in iure Diuino habetur, ergo non est necessaria.

Vnde constat, quòd Confessio magis requiratur ante Eucharistiam, quàm alia Sacramenta?

*Questio
XXVI.*

Liquet id ex Paulo, dicente: Probet autem seipsum homo &c. & ex vsu Ecclesiæ, quæ semper obseruauit, vt peccati mortalis reus ante sumptionem Eucharistiæ præmittat Confessionem Sacramentalem; aliòquin noui peccati reatum incurrit. Item ex dictis Sanctorum, & ex Ca. Omnis vtriusq; sexus &c. Vbi præcipitur ante Pascha Confessio, propter Eucharistiam in eo sumendam.

*Respõsio:
1. Cor. 11.*

Potestne Papa vel Concilium in præcepto Confessionis dispensare?

*Questio
XXVII.*

Nequaquam. Idque probatur. **PRIMO**, ratione communi, quia præceptum Confessionis est Diuinum: Inferior autem super legibus superioris dispensare nequit.

Respõsio.

SECUNDO peculiariùs etiam probatur; quia Confessio non est vtcunq; de iure Diuino, sed pertinens ad Sacramentum: Sa-
cramen-

Caput I. De Neceſſ. Confefſionis.

cramenta autem, veluti ſacra Scriptura, ſunt
Eccleſiæ fundamentum. Miniſtri autem Ec-
cleſiæ non ſunt inſtituti ad fundandam Ec-
cleſiam, vnus enim fuit fundator eius, Chri-
ſtus per poteſtatem excellentiæ; qua Eccle-
ſia ſemel per Chriſtum fundata & inſtituta,
poſt conſtituti ſunt eius miniſtri, qui fun-
datam, ritè, & rectè gubernarent; veluti ad
operationes rerum naturalium; neceſſariū
eſt, vt præceſſerit ſupnaturalis creatio. Qua-
re miniſtri Eccleſiæ non poſſunt eius funda-
menta mutare, ſed diſpenſare: Vnde Paulus,
Sic nos exiſtimet homo vt DE I miniſtros
& diſpenſatores myſteriorum DE I. Vbi di-
ſpenſare non ſumitur pro eo, quod eſt quen-
quā à lege Diuina excipere, ſed pro eo, quod
eſt, adminiſtrare. Ait quippe: Fundamen-
tum aliud nemo poteſt ponere, quàm poſi-
tum eſt, Chriſtus Ieſus. Eccleſia autem fun-
data eſt in Scriptura ſacra & Sacramentis:
Ergo ſicut eius miniſtri non poſſunt nouos
edere articulos, qui in ſacra Scriptura non
lateant; ita neq; noua Sacramenta inſtitue-
re, aut mutare. Ac proinde ſicut facere ne-
quit, vt quis in originali exiſtens, ſaluus ſi-
ne Baptiſmo fiat: Ita neque, vt ille, qui in
mortale relabatur, ſine Confefſio-
ne, re vel voto, iuſtificetur &c.

1. Cor. 4.

1. Cor. 3.

CAPVT